

ideo ipsa plectitur. Unde quando crimen accidit in domo communi, & punitio non potest fieri absque lesione focii, pena commutatur: Farin. de crim. lesa. maies. q. 112. in spec. 3. numer. 117. cum aliis apud Gratian. dist. discept. 217. numer. 73. & si plures domus fuerint communes, divisio illarum fit, & destruantur illae quae in divisione assignatae fuerint delinquenti: Gratian. latè ubi proxime ex num. 74.

149 Unum tamen omittit nolui, quod si delictum privatione Cathedralis dignum in urbe Roma, veluti occisio Cardinalis, contingerit; pena commutanda est: nam si Civitas Romana in hoc puniretur, privarentur etiam inferiores Ecclesiae, cum totus Orbis Episcopus sit Romanus Pontifex, qui cum ibi sit praesens, promptius potest adhibere remedium, & penas condignas imponere: l. ult. in fin. Cod. de iis qui ad Eccl. confuge. Glof. in d. c. fin. de pen. in 6. verbo privata.

151 Potest etiam alio modo Ecclesia destructa, ejus conservari Cathedralitas: veluti quando ab hostibus capitur Civitas, vel ab Infidelibus occupatur; quo casu, & Ecclesie dicuntur Cathedralis; & earum Sponsi manent Episcopi: Clemen. in plerisque, de electione. ideo priora beneficia vacant pro afflictionem horum Episcopatum, licet aliqui contrarium voluerint: de quo vide Gratian. discept. 291. ex num. 68. & quae latius diximus c. 32. de Eccles. Cathed. capti. in mani. infidel.

153 Nec mirari debet lector, quod passim in hoc Capite, & alibi pluribus in locis, doctrinae de Episcopis loquentes quae Ecclesie ipsius Cathedralis genuinas citemus: nam hoc non est novum in Jure: extrava. 1. de concess. preben. ibi, certas Civitates & Ecclesias eximus Cathedralis; ubi Glof. ait, Cathedralis, id est Episcopales: optimè ergo DD. omnes de Episcopis loquentes, de eorum Cathedralibus de necessitate intelligendi sunt.

154 Si verò scire cupiamus qualitates Civitatum, ut commode in eis vivere possimus, consule Petr. Greg. lib. 2. de Reip. cap. 1. Aristot. lib. 7. Polit. c. 9. ubi ait locum situs sanum esse debere, in sublimi positum, populorum, boni aeris, & aquarum commoditate gaudere, ut Episcopus tamquam zelator gregis vitam & mores speculetur, eamque præbeat fluentem in tempore opportuno, & propinet aquas salientes in vitam æternam: sed de hoc latius in cap. 6. de causis erigendis novas Cathedralis tractabimus: vide latius Beyerlinch d. verbo Civitates.

155 Sed nec aliquis decipiar, existimans magnitudinem Civitatis ad erectionem Cathedralium in multitudine Civium consistere debere, operæ pretium pro corone duxi advertere, supposita jurisdictione meri & mixti imperii, quæ maximam Civitatem constituit ad hunc effectum, non tam attendi debere multitudinem Civium, quam nobilitatem, & honestatem morum qua pollere debent: Isidor. Mosco. de maies. mil. Eccles. lib. 1. c. 15. Centofio. apud Barbo. in Collect. ad tex. in c. In illis, 80. dist. Ex quibus Bodinus in tract. de Reip. lib. 2. c. 8. quæstionem de partibus Civitatis pertractans, inquit: Neque enim in urbe seu Civitate aliqua tam frequentia Civium, quam nobilitatis, seu probitatis ratio habenda est. Maxima ergo cum ratione honor Cathedralitatis Civitati virtute pollenti conceditur, & alii quantumvis populosis negatur: quod etiam Gentiles suo modo observarunt; cum enim Lybia à Cæsare Augusto in Jure Civitatis dando parvissimo illud petisset, Respondit Imperator ferre se facilis posse ut paucitate Civium fisco aliquid detrabatur, quam multitudine Civitatis Romana honor vulgetur, ex eod. Bodino. Quam doctrinam ad praxim reduxit Sixt. V. quando Populum Laurentanum in Civitatem erexit, & Cathedralium Ecclesiam in eo instituit, ut supra mentionem fecimus. Si verò scire velis quibus rebus ornari debeant Cives ad civitatum necessitatem, consule Beyerlinch in l. theat. vite humana, verbo cives, vers. de civibus & incolis.

157 Quibus positis, scire oportet transgressores horum Decretorum, quia Cathedralis Ecclesias in villis vel oppidis, & Civitatibus non maximis erexerunt, severe castigatos fuisse: de quo est elegans testimonium in Cons. T. 9.

let. 12. c. 5. ubi Stephanus Emetentis Episcopus coram Patribus Concilii prostratus, humilem penitentiam precebat, eo quod suasionem Regis Ubambar, novam Episcopalis honoris ordinationem fecerat in Monasterio villulae, ubi Corippus S. Pamenii Confessoris quiescebat: quare Patres, tam ipsius, quam Principis levitatem arguentes, qui jamdiu & in aliis locis hoc modum fieri poposcerat, Testimonium Nicensi, Saticensis, Laodiceni, & Africani Conciliorum adductis, sententiam ex Concilio Taurinensi 1. Can. 2. protulerunt per hæc verba: Proinde, aiant, Inducit Synodus, ut si quis ex hoc fecerit, contra instituta Maiorum, sciat is qui ordinatus fuerit, Sacerdotij se honore privandum; & ille qui ordinavit, auctoritatem se in ordinatione, vel in Concilio, minime retenturum: non solum autem circa memoratum Episcopum hac sententia prævalebit, sed & circa omnes simili errore deceptos, qui Ordinationes huiusmodi perpetraverint. Statuerunt præterea, ut præfatum Monasterium Sedes Episcopalis non remaneret, & Connidus qui fuerat ordinatus Episcopus, in aliam Sedem vacantem translatus fuit.

Hujusmodi verò erectiones à Concilio Toletano factas, & auctoritate Romani Pontificis erectas fuisse tradit Crescencius in sum. Eccl. discept. verbo Episcopatus; fol. mibi 346. de quo latius in cap. 3. sup. quis Cathedralis Ecclesias erigere possit: disputavimus.

At verò si aliquando per Concilium novæ erectæ fuerunt Cathedralis, tamen quando emerit ea potestate abusi fuerunt, mortuis Episcopis privata fuit Ecclesia illa Cathedralitate: ut constat ex auctoritate S. Leonis Papæ Epist. 8. §. ad Episcopos Africanos, cap. 2. cuius particula registratur à Gratiano in d. c. illud, 80. dist. ubi postquam prohibitionem erigendi novas Cathedralis in modis civitatibus posuit, ita scribit: Episcopalia autem gubernacula, non nisi maioribus Populis, & frequentioribus Civitatibus oporteat præsidere; ne quoque sanctorum Patrum divinitus inspirata decreta veterant, viculis & possessionibus, vel obscuris & solitariis municipijs tribuantur Sacerdotale fastigium: & honoribus eum debent excellentiora committi, numeroseque vilescat: quod tunc in sua Diocesi Restitutus Episcopus factum esse caufatus est, & rationabiliter postulavit, ut si Episcopi eorum locorum, in quibus non debebant ordinari, humana conditione decesserint, loca ipsa ad jus ejus Antistitis redigantur, cuius fuerant antea; necæ Sacerdotalis Dignitas inconsiderata Ordinantis facilitate superflua multiplicatione minuatur.

Sed licet omnia supradicta rite procedant; tamen negari non potest ex causa posse erigi Cathedralis, quando necessitas, utilitas, sive quævis alia iusta causa id exposcit in parvis Civitatibus, ut in Laureana, propter excellentiam domus Beatissime Virginis, supra retulimus; imò etiam in Castellis & Villis & abique magnis præsentibus Episcopi constitui possunt: d. c. & temporis, 16. qu. 1. d. c. 16. Episcopi, ubi Glof. verbo vilescat, & verbo non castellis, 80. dist. Glof. in d. cap. 1. de priuil. verbo maioribus: ubi rationem reddit, dicens: Sed hoc intellige quantum ad vulgi opinionem: quia vicinior est, vocant Episcopi habet, quæ omnia eleganter confirmant verba Nazianzeni epist. 22. ad Casariem. ubi ait: Sum quidem Pastor exigentis, exiguaque Gregis Antistes &c. at gratia nunquam angusta est, nec locis circumscripta, & ita hanc opinionem amplectitur Solorz. d. tom. 2. de Jure Indiar. lib. 3. c. 5. num. 35. quam etiam profequitur idem Autho. in politica Indiana lib. 4. c. 5. vers. si bene para eleger. fol. 529.

Quæ doctrina eo magis procedit in remotissimis & vastissimis Indiaram provinciis, ubi per adinventionem novarum Terrarum, quæ alias ignote, & inculte erant; necessitas animarum id postulabat: d. c. Et temporis, 16. qu. 1. dist. c. Episcoporum, ubi Glof. 80. dist. juncto tex. in dist. c. 1. de priuil. ubi etiam Glof. quibus ad de Solorzan. in polit. ubi proxime, vers. Tanque est verada.

Supposita autem magnitudine Civitatis, recta cum ratione erigi potest, etiam si parvus numerus Christianorum ibi reperitur: c. Provincia, dist. 1. 99. de quo adest mirabile exemplum sancti Gregorii Thaumaturgi sub die 17. Novembris, qui dum Neocæsareæ esset migraturus, &

quæsisset quot in civitate Neocæsariensi reliqui essent infideles, responsum quod esset tantum esse septendecim; Deo gratias agens totidem, inquit, erant fideles cum cepi Episcopatum. Et hac ratione praxis inolevit, ut amissa Civitate: Episcopi Titulare, quos de Anillo nuncupavimus, nominentur: & ita observatum fuit quando nostra Hispania in manus & potestatem Sarracenorum olim pervenit: de quo videndi sunt Ambrosius Morales in sua Hist. lib. 5. cap. 26. Morgado in historia Hispaniæ, lib. 1. c. 13, fol. 24. Antonius de Chanza in historia sancti Secundi, lib. 1. c. 26. fol. 59.

163 Verum quia pluries in hoc capite de differentiis Civitatum, & de eorum qualitate & superioritate pertractavimus, sciendum est, eam, quæ Episcopum habet, inter alias Episcopos non habentes præcedere debere, ex Rayn. Coetelo indagat. lib. 3. cap. 3. Bellug. in spec. Princ. rub. 6. numer. 23. quos sequitur Bobad. in polit. lib. 2. cap. 17. numer. 15. tanta reverentia Ecclesiis Cathedralibus debetur.

165 Hinc etiam explicandum venit, id quod in principio latè docuimus, Cathedralis Ecclesias in majoribus urbibus esse collocandas, nequaquam verò in parvis; ut procedat, nisi animatum necessitas contrarium exposcat; tunc enim dispensari potest ut etiam in Castellis, & Villis, & sine magnis præsentibus Episcopi constituantur: d. c. Et temporis, 16. qu. 1. d. c. Episcopi, ubi Glof. verbo vilescat, & verb. Non Castellis, 80. dist. ita in terminis in partibus Indiaram accidit: testatur Solorz. de Indiar. iur. & gubern. tom. 2. lib. 3. c. 5. num. 35.

166 Justum enim erit quod excellentiores Ecclesie in excellentioribus Urbibus collocarentur, ut ex dignitate loci dignitas etiam Ecclesie cognosceretur; quandoquidem Officialia Regia: Domus, vel Regni, Comitum inter Consistoriani, ac Judices, qui Comitatus Regio adiecti ex officio suo videntur, ab Episcopo Regie Urbis tanquam à proprio Prælo ad factos Ordines promoveri possunt: ex quo tam Senatores, quam omnes supra dicti ibi domicilium contrahunt: ex Campanil. in divers. lib. Can. rubr. 9. c. 8. n. 22. & 23. docet Hallier de sacris elect. & ord. tit. quibus ius sit ordinandi Clericos, art. 4. §. 8. pag. 626. An verò Patriarchis, Primitivibus & Metropolitanis competat hoc privilegium in omnes subditos sui Patriarchatus, seu provincie, alteri Episcopo subiectos: vide latissime negativè resolutent eundem Hallier ubi proxime, art. 9. per totum, ubi per septem paragraphos omnia latè disputat, ex pag. 647. usque ad 654.

CAPUT V.

De forma, & structura Ecclesiarum Cathedralium.

SVM MARIVM.

Antiquitatis nihil debet ignorari, 1.  
 Ecclesie nominis significationes, 2.  
 Ecclesie nomen pro quibus sumatur, 3.  
 Templum quid sit, 4.  
 In Templo quare orandum, 5.  
 Tempore Apostolorum erant Ecclesie, 7.  
 Conacula fuerunt loco Ecclesiarum, 8.  
 Diocletianus quare Ecclesias destruxit præcepit, 9.  
 Altare quare Orientem respicere debet, & à quo tempore 10. 17.  
 Christiani versus Orientem quare orabant, 11.  
 Salomonis Templum Orientem respiciebat, 12.  
 Altare ut respiciat Orientem non semper fuit observatum, 13.  
 Altare respicere debet orientem secundum commoditatem Templi & eius structure, 14. 15.  
 Ecclesie in forma Navis edificatur, 15. 24.  
 Oriens novus, Christus: Oriens vetus Diabolus, 16.  
 Altare quod Septentrionem respicere debet, consuetur, 17.

Ex consuetudine potest Altare aliam mundi partem respicere, sed Superior dispensare debet, 18.  
 Traditiones Apostolorum, quæ fuerunt de præcepto, 19.  
 Quæ obligant, & quæ non, ibid. & 20.  
 Altare quare versus Orientem erigendum, 21. & seq.  
 Prospera & adversa æquanimiter ferenda, 22.  
 Christus in Crucem faciem versus Occidentem habuit, 23.  
 Forma Ecclesiarum à tempore Apostolorum, 24.  
 Quare in forma Navis, 25.  
 Ecclesie quare in forma Crucis eriguntur, 26.  
 Quare alie in modum circuli rotundi formentur, 27.  
 Ecclesie formam Templi Ierosolimitani imitantur, 28.  
 Templum humani corporis formam imitatur, ibid.  
 Forma Ecclesiarum usque ad tempora Constantini non apparet, 29.  
 Forma Ecclesiarum ubique terrarum una, 30.  
 Patres Ecclesie, & foris numerantur, 31.  
 In Ecclesia militanti quare diversa loca reperiantur, 32.  
 Omnes ad unitatem pertinent, & quare, 33.  
 Prima pars Ecclesie Sacrarium sive Presbyterium, secunda Chorus, tertia Navis nuncupatur, 34.  
 Sacrarium, Presbyterium, sive Sancta sanctorum, ex quibus consistet, 35.  
 Quare sic appelletur, 36.  
 Presbyterium est nobilitas pars Ecclesie, 37.  
 Sancta sanctorum quare appelletur, 38.  
 Presbyterium quare in tres partes dividitur, 39.  
 Sacrarium quare dicitur, 40.  
 Discono quare Presbyterium appelletur, 41.  
 In Presbyterio Laicis non licet stare, nec sedere, & quando secus, 42. 44.  
 Causa offerendi licet Laicis Presbyterium ingredi, 43.  
 A quo tempore Laicis prohibitum sit Presbyterium ingredi, 44.  
 Sedes pro Magistratibus & Nobilibus ubi collocanda, 45.  
 Patronus Laicus ubi sedere debet in Ecclesia, 46.  
 Laicus etiam patronus quo casu manentem in possessione sedendi in Ecclesia, 47.  
 Ratione hinc Patronatus quare permittatur Patrono in Ecclesia, 48.  
 Laicis quomodo permittenda Sedes in Ecclesia, ibidem remissive.  
 Subdiaconis an liceat ingredi Presbyterium, 49.  
 Subdiaconatus quando votum castitatis fuerit annexum, 50.  
 Ministri, qui Ordine sacro non erant insigniti, Presbyterium ingredi non valebant: & quare de causa, 51. & seqq.  
 Laicis quare presbyterium ingredi non licebat, 52.  
 Theodosius Imperator Presbyterium ingredi à S. Ambrosio prohibuit, 53.  
 Diverse professionis homines in simul convenire non debent, 54.  
 Laici inadvertenter ingredi: nec Presbyterium non peccant, 55.  
 Inuitati à Clericis etiam excusantur, 56.  
 Ignorantia iuris non excusat, 57.  
 Præcipue quando adest copia Peritorum, 58.  
 Ignorantia iuris quando excuset, 59.  
 Laici nullum ius possunt habere in Ecclesiis respectu sedium, 60.  
 Sedes Laicorum ubi ponenda, & pro quibus, & quo ornatu, 61.  
 Laici permixti assistunt in Capella Papæ cum Clericis, & quare, 62.  
 Papa pater communi, 63.  
 Sedes Regia an poni possit in Presbyterio, 64.  
 Prærogæ & Gubernatores ubi sedere debent, 65.  
 Sedes Episcopi ad cornu Evangelii; Prærogæ verò ad cornu Epistolæ collocanda, 66.  
 Ad sedem Episcopi duobus gradibus ascendit debet, 67.  
 Regia dignitatis an sit annexus Subdiaconatus, 68. & seqq.  
 Ante aduentum Christi Reges erant Sacerdotes, 69.  
 Idem in variis Nationibus, ibidem.  
 Congruentia Regalis dignitatis cum Sacerdotalis, 70.  
 Verbum Ordo sumitur pro officio & munere Regio, 71.  
 Reges



Altaria particularia non debent aliquam mundi partem respicere, sed liberè in quacumque parte possunt erigi, 291.  
 Anfractu loco Reliquiarum, videtur Altare, 292.  
 Pastophorium quid sit, 293. & seqq. 296. 298.  
 Pastophorus quid apud Aegyptios, 294.  
 Summus Pontifex quare cubiculum interius habeat, ubi induitur pro capella sacra, 295.  
 Secretarium idem quod Sacrificia, 297.  
 Pastophorium idem quod Tabernaculum S. Sacramenti, 298.  
 Porticus seu Atrium sublatum in Templis, & usum abolitum, 299.  
 Atrium in amplissimis aedificiis ponebatur quod Vestibulum nuncupabatur, 300.  
 Quare Vestibulum appelletur, 301.  
 Vestibulum & Atrium, idem, 302.  
 Atrium quare sic dicatur, 303.  
 Atrium partem esse Ecclesie probatur, 304.  
 Porticus quid? & qua de causa erigitur, 305.  
 Porticus, Tentorium, sive Tabernaculum idem, 306.  
 Tabernaculum idem ac domus portalis militum, 307.  
 Porticus in Ecclesiis Christianorum unde originem habuit, 308.  
 Atria dicuntur Claustra & porticus, 309.  
 Item palatia, ibid.  
 Porticus in Ecclesia usum antiquitus vigeat, 310.  
 Porticus quid de iure civili, 311.  
 Porticus idem ac Conclave, 312.  
 Atrium & porticus quid significat, & quare ponatur in Ecclesia, 313.  
 Atrium seu porticus non requiritur de necessitate in Ecclesia, 314.  
 In eis Iudicia secularia non exercenda, 315.  
 Atria, & porticus pro sepultura Laicorum deserviebant, 316.  
 Christiani primis temporibus extra Ecclesiam in Cœmeteriis sepeliebantur, 317.  
 Deinde in Porticibus & Atriis, 318.  
 Postea in Ecclesiis viris sanctissimis sepultura permessa, 319.  
 Denique omnibus, 320.  
 Cardinalis Caietanus propter humilitatem in Atrio B. Mariae de Minerva Roma sepelitur, 321.  
 Omnium que intra Ecclesiam reperiuntur significationes, remissio, 321. 322. 326.  
 Ecclesia, Benedicita dicitur: Basilica, Consecrata Ecclesia, 328.  
 Cathedralis etiam si non sint consecrata, Basilica appellantur, 324.  
 Ecclesia S. Petri in Vaticano, quo tempore consecrata, 335.

1 Sed ut nihil antiquitatis penitus ignoretur, ut dicebat Iustin. in §. 1. *Instit. de testam. ord.* postquam principium erigendi Ecclesias Cathedralis inspicimus, non erit abs te inquirere formam, quam antiqui nostri Patres in earum aedificatione observaverunt. Et ut rem fuditus investigemus, sciendum est, Ecclesie nomen varias habere significationes, quas omnes enumerant Joan. Selva de benef. q. 5. *prime par. in prin. tom. 15. Tractatum*, Lotter. *de re benef. lib. 1. c. 13. num. 2.* Duran. *in Ration. divin. Offic. lib. 1. c. 2. ex num. 1. usque ad 4.* Petrus Greg. *synag. Tur. 1. p. lib. 1. c. 1.* Iatissimè Moneta de *commut. ult. vol. c. 11. ex num. 1. cum pluribus seqq.* de quibus etiam fusius dicemus cap. 15. de *variis nominibus Ecclesiarum Cathedral. ex n. 28.*

2 Verùm quia hæc omnia nequaquam ad huiusmodi Capituli institutum spectant, libenter remittimus: hoc enim vocabulum genericè sumptum aliquando sumitur pro Templo spirituali, quatenus est collectio Fidelium; ut in *c. Ecclesia, de consecr. dist. 1.* aliquando verò pro Templo materiali, quatenus in eo divina Officia celebrantur, ut notat Duran. *in Ration. lib. 1. tit. de Ecclesiis*. Et de hoc secundo agendum est; idèdque Templum dicitur determinatus locus ad orandum: Tempia autem ne cessaria sunt in Ecclesia ad adorandum Deum, non propter Deum ipsum, qui ubi-

que potest adorari, nec loco concluditur: sed propter ipsos adorantes ex triplici causa: Primo, propter loci consecrationem, ex quo particularem devotionem, homines concipiunt, ut facilius exaudiantur. Secundo, propter facta ministeria & alia sanctitatis signa ibi contenta. Tertiò, propter concursum, & multitudinem adorantium, unde oratio fit magis exaudibilis, ut devotè notavit S. Thom. 2. 2. q. 85. art. 3. Selva de benef. d. q. 5. num. 3. & diffinitur, locus Sacer murosque ambitu circumdatus: Glof. ult. in *c. fin. ne Prelati vires suas*: Sperell. in *dec. forma Eccl. dec. 60. n. 5.* Barb. in *votis dec. tom. 2. voto; 117. num. 6.* Moneta *sup. n. 12.*

Tempore autem Apostolorum fatis perspicue constat fuisse loca quædam, quæ Ecclesie nominabantur, in quibus Christiani ad Synaxim conveniebant; teste Paulo 1. *Cor. 11. ibi: Primum quidem convenientibus vobis in Ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, quibus jungenda sunt que addidit cap. 14. ibi: si ergo conveniat universa Ecclesia in unum: juncto Lotter. de re benef. d. q. 13. n. 15. Baron. à quo sumpti Lotter. *Anno Christi 57. ex num. 97.* quibus addendus est Suarez *tom. 3. disp. 81. sect. 1. vers. dico amen*: sic antequam liceret novas & amplas erigere Ecclesias, privatas domos, quæ *Cœnacula* dicebantur, ad huiusmodi ministerium eligebant; ut satis liquet ex eo, quod post Domini ascensum, *Act. 1.* in Cœnaculo convenirent Christiani: & *Act. 12.* in domo Virg. Marris Joannis orationis causa convenisse consensus Lucas: quarum Ecclesiarum usum tolli, ut nomen Christianum deleteret, Edicto Diocletiani Imperatoris mandatum fuit; Baron. *ex dist. num. 97. cum seqq.* de quibus videnda sunt, quæ *cap. 2.* notata reliquimus.*

Situs ergo istarum Ecclesiarum, & Altare majus sive principale, Orientem versus respicere debet, exemplo Templi Salomonis; vel quia Christiani versus Orientem orare solebant, quem ritum etiam Constantini temporibus in amplioribus Templis aedificatis servatum fuisse affirmat S. Isidorus *lib. 15. Etymol. S. Clemens Roman. lib. 1. Const. Apof. Paulinus ad Severum*, & alii apud Baron. *suprà n. 103.* Rota apud Rubeum in *novissimis, de Anno 1626. usque ad 1630. dec. 353. num. 102.* Et hunc modum orandi ex traditione primorum Christianorum probavit Gratian. ex S. Basilio in *c. Ecclesiasticorum*, 11. *dist. derivatum à Lege Mosaicâ, ut voluit Glof. ibi, verbo qua Orientem*: dicens; Daniælem in Babylonia captivitate oppressum versus Orientem orasse, patiformiterque Salomonem magnam sui Templi molem struxisse. Ex quibus Traditionem Apostolorum derivatum pluribus Sanctorum testimonis notatur Azor. *Instit. mor. p. 2. lib. 9. cap. 3. n. 12.* Valquez *tom. 3. q. 83. art. 2. disp. 223. c. 2. num. 19.* Suarez *tom. 3. q. 83. art. 3. vers. In tertia parte*, Filliucius *tract. 15. c. 4. q. 9. n. 123.*

Verùm licet hunc modum orandi fateamur, tamen negare non possumus non semper servatum fuisse; nam in Antiochia contrarium constat, ut tradit Socrates *lib. 12. c. 34.* Similiter Constantinus, ejusque Mater sanctissima, Ecclesiam in civitate Jerusalem supra Sepulchrum Domini nostri aedificaverunt, ejusque Altare Orientem non respiciebat: circa quod vide Vasquez *ubi proxime, num. 19.* quibus addenda sunt duo antiquissima, & notissima testimonia: Primum, Altare B. Marie Virginis del Pilar Castrogustule à S. Jacobo Apostolo, ejusque Sanctissimis Discipulis de mandato sacratissimi Virginis aedificatum, adhuc vivente B. Virgine, ut *cap. 2. tetigitur*, Orientem non respicit. Alterum est, Altare vetustissimæ Ecclesie S. Marie Omnium Sanctorum, Romæ, quod vulgò la Rotunda dicitur, in quo idem reperitur: circa quæ vide Steph. Darant. *de ritibus Eccl. lib. 1. c. 15. num. 10.*

Respicere ergo Orientem, vel non respicere, dependet ex commoditate fabricæ: nam sufficit quod in forma Navis Ecclesia aedificetur, ut sit bene constructa; Duran. *de ritibus Eccl. lib. 1. cap. 3. per totum*, & Deo dante latius infra dicemus. Unde hoc magis ad decentiam, quam ad necessitatem spectare notavit Selva, *dist. q. 5. num. 35.* Cujus rei ea est ratio; nam vel Oratio fit ut privata, vel ut publica.

blica. Prior quovis modo fieri potest, quia Deus ubicumque exaudit. Posterior solum respicere debet Orientem, quoniam commodè fieri potest, Fulc. de *Visu. lib. 1. cap. 10. n. 7.* ubi hujus rei congruentiam tradens, notat Orientem novum, dicit Dominum; ad differentiam Orientis veteris, qui dicitur Diabolus.

17 Ex quibus convincitur malè aliquos judicasse, Altare debere Septentrionem respicere, eamque fuisse Apostolorum consuetudinem, ut voluit Barb. de *univ. hor. Eccl. lib. 2. cap. 2. ex num. 17. usque ad 19.* cujus contrarium docuerat antè in *Past. p. 2. alleg. 27. n. 22.* nam contrarium patet ex supradictis: & hoc tantum procedit quando Orientem commodè respicere non potest, aliàs secus. Quare re melius considerata, nostram sententiam sequitur fuit, contraria relicta, idem Barbos. *de tract. lib. 2. c. 7. num. 11.* ubi plures citat. Quæ omnia intelligenda sunt, nisi aliud consuetudine introductum sit: quo casu legitimus Superior dispensare debet: de quo consuetudine in Italia testatur, & ita servandum esse docet Bonac. de *Sacram. Disp. 4. q. ult. puncto 9. 2. propos. n. 14.*

19 Sed aliquis forsitan insurget, dicens: Traditio est Apostolorum hic modus erigendi Altaria, ergo omnino illam servare tenebimur. Respondeo non omnes Traditiones Apostolorum fuisse de precepto, sed aliquas fuisse de congruentia, ut illa quæ sub mortali non obligant; ut voluit Filiucius *dist. num. 123.* Deinde quod non omnes Traditiones Apostolorum relicta fuerunt sub precepto, sed liberum utendi modum nobis reliquerunt, inter quas hæc est, voluit etiam Vasquez *dist. num. 19. vers. Nihilominus* & ita liberum esse usum erigendi Altaria secundum consuetudinem absque peccato, probat ultra Suarez, & Filiuc. Bonac. de *sacram. disp. 4. quest. ult. puncto 9. 2. propos. numer. 14.*

21 Stante igitur ista consuetudine erigendi Altaria versus Orientem, causas hujus Traditionis investigare aliquis forsitan desiderabit. Octo reperies apud Archid. in *can. Ecclesiasticum*, 11. *dist. verum*, quæ magis mihi placeant, fundantur præcipue in his. Primo, quod cum oratio eò principaliter tendat, ut preces nostras omnipotens Dominus exaudiat, noscitur excessibus Indulgentiam placatus concedat, qui ascendit super caelos Cælorum ad Orientem, & ab Oriente expectatur venturus, juxta *Math. 24. cap. sicut divine Majestatis Judicium quod in cælorum motu nobis manifestatur, qui ab Oriente incipit, ita eo modo orationes debent fieri, ut ad Paradisum revertamur à quo per peccatum exules facti fuimus, qui ad Orientem etiam constituti fuerat, ut mens nostra altius suspiciat contemplationis mysterium, & preces ad Deum verum & vivum, qui Lux, & Oriens nominatur, ab Oriente ascendat; exemplo præcepti Domini; nam ut in *Salomone* legitur, *Mane ad Orientem orabis*, ut notavit Glof. in *d. c. Ecclesiasticum, verbo qua Orientem*, 11. *dist. notat Selva dist. quest. 5. numer. 35.* Valquez *dist. tom. 3. quest. 85. art. 2. disp. 223. cap. 2. numer. 19.* Germon. de *sac. immunit. lib. 3. cap. 1. in fine.**

22 Secundò, fit oratio ad Orientem, ut inde intelligamus, quod Ecclesia quæ in Terris militat, ita temperate debet prospera & adversa, ut ea æquanimiter gerat, & Orientem ipsum, id est Solem Dominum, tantum respiciat; & non sicut Soltium se mutet: idem Selva *n. 19.* Dur. *in Ration. divin. offic. lib. 1. c. 1. num. 8. S. Thomas 2. 2. quest. 84. art. 3. in fine.*

23 Tertiò, quia creditur, Christum Dominum pendente in Cruce faciem versus Occidentem habuisse, ac proinde Fideles versus Orientem orant, ut faciem ipsius in Cruce pendens adorent; teste Basilio *lib. de Spiritu Sancto, cap. 13. & 27.* quem sequitur Vasquez *dist. numer. 19.*

24 Forma verò, qua à principio ex Apostolorum traditione utebantur, semper eadem fuit: longa nimirum & in Navis speciem; que probatur ex S. Clem. *lib. 1. Const. Apof. c. 61. aliàs 57.* S. Anacleto Papa *Epist. 1. Decret. colum. 1. to. 1. Concil. pag. 156.* Baron. *d. Anno 57. n. 53.* Azor. *Instit. mor. tom. 2. lib. 9. c. 3. q. 12.* Quod ea ratione factum fuit, ut qui

in hoc mundo tamquam in mari fluctuamus, ad Ecclesiam tamquam ad navim recurramus, in qua pericula tempestatum, & omnes procellas sperare possumus, & in ea tamquam in navi tuto servemus: Azor. *d. q. 12.*

Porro Ecclesie sub duplici figura efformantur; aliquando enim eriguntur in formam Crucis, ad denotandum nos mundo crucifigi, & Crucifixum sequi debere, juxta illud *Matth. 6. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat Crucem suam, & sequatur me.* Aliè verò in modum Circuli rotundi aedificantur, ad significandam dilatationem Ecclesie per universum Orbem, eisque circumliti; juxta sententiam Psalmi 18. *Et in fines Orbis terra verba earum*, per quæ nobis promittitur fore ut post hujus Orbis circumliti ad felicem æternitatis circulum perveniamus: ut voluit Durand. *d. lib. 1. c. 1. num. 17.*

In omni structura id observantur, ut formam Jerosolymitani Templi, & similitudinem quærent: unde sicut in illo Porticus, Atrium, Sancta, ac etiam Sancta sanctorum videbantur, & erant præcipua illius Templi membra ad diversa Ordinum officia accommodata; ita etiam in nostris Templis, quæ temporibus Constantini à fundamentis erecta fuerunt, observabatur; teste Baron. *dicto num. 103.* unde Templum materiale & ejus dispositionem, modum humani corporis tenere, dixit Durandus *d. c. 1. numer. 14.*

Et licet aliquis dubitare forsitan voluerit, quomodo hanc formam vel structuram describerent, à temporibus Constantini exordiamur, cum longè antè Ecclesie aedificatas fuisse fateamur, & certo constat à Traditione Apostolorum incepisse; Respondeo quod primæ Ecclesie à primis nostris Patribus erectæ, Barbarorum illorum & impiorum Imperatorum Diocletiani & Maximiani edicto fuerunt prostratae, quæ postea sub Christianissimo Imperatore, & Principe Constantino denudò fuerunt amplioribus spatii dilatatae: quia tamen de antiquis non adest certa historia, sed tantum constat pro certo primævas Ecclesias ad idem ministerium structas, eadem exercuisse functiones, eademque ministeria pertractata, justissime credere inducimur, eadem protius forma & structura fuisse aedificatas semper, cum eadem forma profus, tam in Oriente quam in Occidente, & ubique locorum servata noscatur: ut voluit Baron. *d. num. 103.*

Sed quia duo præcipua in eo Templo considerabatur, alia quæ extra illud fabricabatur veluti Porticus & Atrium; alia quæ intra, veluti Sancta, & Sancta sanctorum: Primo de his que ad anteriorem partem Templi spectant tractabimus, quæ in tres partes dividuntur ex *Grad. dec. 2. p. 2. conf. 1. de celeb. Missar. n. 8.* nec mirari quis debet hanc divisionem, nam in Ecclesia Militante multe mansiones reperiuntur, in quibus unitas constituitur, juxta illud: *In domo Patris mei mansiones multe sunt*: de quo in *c. Porro, §. finis, de pœnit. dist. 4.* quæ unitas totalis unius Spiritus, unitus conformitatis, unius Domini unitas attributionis ad finem Beatitudinis æternæ per unum principium, qui est Deus, & unam fidem quæ est Christiana, & unum Baptisma nos dirigit, juxta illud *Apost. ad Ephes. 3.* dicens, *unus Corpus multi sumus*: de quo vide latè Selva *d. q. 5. ex num. 22. & seq.* Prima igitur visio est ea que prope Altare majus constituitur, & solum quinq; Cancellis includi, & appellatur Sacrarium, sive Presbyterium, sive Sancta Sanctorum. Secunda est Chorus, & ea pars que subdividitur ab Altari in multis locis per Cancellos, ac etiam à toto Corpore Ecclesie.

Tertia est reliqua pars que Navis appellatur: de quibus videndus est Abbas in *cap. 1. de vita & honest. Cler. numer. 3.* Prima que appellatur Sacrarium, sive Presbyterium, sive Sancta sanctorum, Altare dicitur majus, & est ea pars que ab Altari vergit versus Ecclesiam, & appellatur Presbyterium seu Diaconum ea ratione, quia ibi sunt Presbyteri, quibus Diaconus & Subdiaconus Sacra peragendis ministrant, in *d. c. 1. verbo sed illas pars, de vita & honest. Cleric. Lott. d. q. 13. ex num. 18.* & nobilior pars Ecclesie appellatur; quia denotat vitam contemplativam, Coccin. *dec. 142. num. 1.* licet aliàs omne Deo consecratum, largo modo Sanctum sanctorum appelletur: *cap. Nulli, 12. quest. 7. Zabai.*

34

35

36

37

38



Reges quomodo officio Subdiaconatus fungantur, 72.  
 Imperator Pontifici ad Altare ascendenti Calicem & patenam cum hostia porrigit, 73.  
 Idem sit Archiepiscopo Mediolanensi, 74.  
 Imperator ab Archiepiscopo Mediolanensi coronatur, ibidem.  
 Imperator est Canonicus S. Petri, & S. Iohannis in Laterano, 75.  
 Rex Hispaniarum est Canonicus Toletan. Legionen. & Burgenfis, 76-78.  
 Et tanquam Comes Barcinonen. est Canonicus Ecclesiarum Catalunnie, 77.  
 Rex Gallie est Canonicus diuersarum Ecclesiarum sui regni, 79.  
 Imperator veste Subdiaconi in seruit R. Pontifici, & cantat in nocte Natiuitatis Domini septimam Lektionem, 80.  
 Imperator, & Rex, inter Laicos commutatur, 81.  
 Clericus maior esse quocumque Laico, etiam Principe, ratione Ordinis, 82.  
 Prærogative Ecclesiæ Principibus quomodo competant, 83.  
 Canonicatum quomodo fruuntur Reges in Ecclesiis, 84.  
 Canonicatus quomodo conferri potest Laico, 85.  
 Marchio de Astorga Canonicus Legionensis, ibid.  
 Imperator & Rex in Brachio & in humero uncti, & quare, 86. 93. 97.  
 Imperator quare ratione Persona sacra dicitur, 87.  
 Diuersæ res Imperatoris denominantur sacre, 88.  
 Senatorum Ordo quare Sacer appellatur, 89.  
 Imperatores & Reges oleo sacro inunguntur, 90.  
 Hac ratione sacri, & veneratione digni, ibid.  
 David ratione sacra Vnctionis venerabatur Saulem, 91.  
 Ex hac vntione Principes nec Ordinem, nec potestatem Ecclesiasticam accipiunt, 92.  
 Princeps quare in brachio & humero; Episcopi vero in Capite inunguntur, 94.  
 Per vntionem sacram Principibus Ecclesiarum titulo commendantur, 95.  
 Cap. Valentinianus, 63. distin. interpretatur, 96.  
 Reges qui unguuntur de iure; qui vero ex privilegio, 98.  
 Principem representantes officium Subdiaconi Pontifici celebranti exercebant, 99.  
 Subdiaconatus hic, Principibus quid conferat, 100.  
 Vnctionem Regis non esse Sacramentum ex S. Petro Damiano, 101.  
 Lato modo dicitur Sacramentum, 102.  
 Principibus que privilegia competant circa res Ecclesiasticas, 103.  
 Principes & Regine possunt ingredi monasteria Monialium, 104.  
 Constitutio panalis non comprehendit Principes, 105.  
 Reges cur in humero; Pontifices vero in Capite unguuntur, 106.  
 Theodosius Imperator à S. Ambrosio à Presbyterio expulsus tanquam Laicus: & Constantinopoli in eo admissus, 107.  
 Obedientia Theodosio & auctoritas Ambrosii commendantur, ibid.  
 Laici Sacrarium ingredi non possunt, ibid. & 108.  
 Regibus & Principibus que officia in Ecclesia permittantur, 109.  
 Imperator consecratus quomodo officium Subdiaconi exerceat, 110.  
 Cum ministrat non se gerit pro Clerico, ibid.  
 Laici nec inuitati à Clericis debent Chorum vel Presbyterium ingredi, 111.  
 Laici illustres vel Ministri Regii an possint admitti in Choro, 112.  
 Ratio quare Laici admittendi non sunt, 113.  
 Reges an Oleo vel Chrismate ungenti, 114.  
 An Oleum quo inunguntur Reges, & Sacerdotes, sit idem, 115.  
 Reges qui inunguntur: remissio, 116.  
 Prohibitio Laicorum ingrediendi Sacrarium ubi usi abrogata, 117.

Altare ubi ponitur, & quid sit, 118. 120.  
 Sine Templo sacrificari potest, sine Altari vero non, 119.  
 Altare idem quod Alta Ara, 120.  
 Altaris significationes, remissio, 121.  
 Altaria cur in altum ponantur, 122.  
 Ara que Altaria dicuntur, 123.  
 Altaris varia nomina, ibid. & seqq.  
 Altare debet esse consecratum, & quare 125.  
 Altare quare Cor significat, 126.  
 Deus cor in precibus respicit, 127.  
 Mensa Altaris, Ara sacra vocatur, 128.  
 Altare pro Ecclesia sumitur, 129.  
 Debet esse firmum & stabile, 130.  
 Quomodo debeat consecrari, ibid. & seqq.  
 Non potest erigi nisi ab Episcopo consecratur, 131.  
 Debet esse lapideum, & quare, 132.  
 Altaria à quo tempore lapidea fuerunt, 133. 135.  
 A Grecis id derivatum, 134.  
 Novatores heretici consuevit, 135.  
 Altaria quare lapidea, 136. 138.  
 Per Altare Christus representatur, 137. & seqq.  
 Altare significat mensam Domini & Crucem & Sepulchrum, 138.  
 Altaria in primitiva Ecclesia quare fuerunt lignea, 139.  
 Vbi non inuenitur lapis, an ex alia materia fieri possint Altaria, 140.  
 Necessitas licitum reddit quod antea non licebat, 141.  
 Deficiente petra Papa censetur dispensare, 142.  
 Que pars Altaris debet esse lapidea, 145.  
 Mensa Altaris ex quocumque materia erigi potest, 144.  
 Mensa deservit pro sepulchro Domini; lapis vero pro sigillo, 145.  
 Ara debet esse ex una petra, non ex duabus, & quare, 146.  
 Ara quare sic dicitur, 147.  
 Quomodo ponenda in Altari, 148.  
 Altare an debeat esse consecratum, 149. & seqq.  
 Altaria an debeant consecrari, 150.  
 Altare unum antea tantum consecrabatur, 151.  
 Sufficit quod sit benedictum, 152.  
 Ara debet esse consecrata ab Episcopo, 153.  
 Coepiscopi non poterant Atras consecrare, 154.  
 Patres Societatis Iesu & Dominicani possunt eas consecrare in Indijs, 155.  
 Consecratio Ara que de causa sit, 156.  
 Episcopus non potest Ara consecrationem delegare, 157.  
 Altaria quomodo consecrantur, 158. 161.  
 Altaria consecrata Angelum habent custodem, 159.  
 Altaria maiora Parochialium debent esse consecrata, quare, 160.  
 Dedicatio Altaris festum celebratur, 161.  
 Altaria fixa olim consecrabantur, nunc vero Ara, ibid.  
 Ara portatiles, in rigore altaria non sunt, 162.  
 In Altari, siue in Ara an requirantur Reliquie, 163. & seqq.  
 An in deficientibus, particula hostie consecrata, ibidem repone possit, 164.  
 Templum sine Reliquiis deponendum, 165. 168.  
 Quando in Altari non sunt Reliquie, quid omittendum in Missa, 166.  
 In Ara necessario non debent esse Reliquie, 167.  
 Ecclesie diruenda in quibus superstitiones sunt, 168.  
 Causa ubi cessat; cessat item preceptum, 169.  
 Preceptum ponendi Reliquias in Ara propter multitudinem cessat, 170.  
 Contrarius fundamentis responderet, 171. & seqq.  
 Oratio Missæ, Oratumque Domine, &c. circa particulam, quorum Reliquie hic sunt, interpretatur, 173. & seqq.  
 Verbum Reliquie omnia sacra etiam non Sanctorum capit, ibid.  
 Altaria, quare Martyria appellentur, 174.  
 Corpora Sanctorum quare sub Altaribus collocantur, 175.  
 Chorus quare sic appellatur: & unde dicitur, 176. 183.  
 Chorus

Chorus Sanctuarium appellatur, 177.  
 Item Presbyterium apud aliquos, 182.  
 In quo loco ponitur, 178.  
 In Cathedra ubi collocatur, 179.  
 Quid sit Chorus, 180.  
 Quid significet, 181.  
 Chorus quando, & quare in duas partes diuisus, 182.  
 Quomodo antiquitus psallebant in Choro, 184.  
 Chorus quomodo à Presbyterio distinguatur, 185.  
 Chori quando, & ubi duo reperuntur in una Ecclesia, 186.  
 Chorus quare institutus, 187.  
 Mos alternatim psalms canendi quando inceptus, 188. 190.  
 Mos Deo gratissimus, 189.  
 Sedes Episcopi ubi ponitur, 191.  
 Denotat Cathedralitatem, posita in Choro, non vero in Presbyterio, 192.  
 In medio stare perhibet Dignitatem, 193.  
 Sedes Episcopi quare altior cæteris ponitur, 194.  
 Chorus locus proprius Clericorum, & non Laicorum, 195.  
 Mores cum fominis olim in Choro assistebant, & quare, 196.  
 Quare id prohibuitur, 197.  
 Duplicia Monasteria virorum & feminarum quare prohibita, 198.  
 Mares à feminis quare separantur in Ecclesia, 199.  
 Inter psallentes nullus interponendus, 200.  
 Communio Clericorum & Laicorum quomodo fiebat, 201.  
 Laicorum communio diuisa à Clericorum, & quare, 202. 205.  
 Clericus quo casu Clericalis communio prohibebatur, & Laicalis perhibebatur, 203.  
 Laici quando communicare liceat in Presbyterio, 204.  
 Homines diuersæ professionis non debent in simul adesse, 205. 211.  
 Vnum quoad essentiam, unum debet esse informa exteriori, 206.  
 Laici fabulantur in Choro, 207.  
 Clerici saculares an possint esse in simul cum Regularibus in Choro, 208. 211.  
 An dicantur homines diuersæ professionis, 209.  
 Religiosi hoc casu tenentur se conformare cum Clericis in ritu, 210.  
 Quando exercitium est unum, homines diuersæ professionis in simul possunt esse, 201. & seqq.  
 Monachi non comprehenduntur nomine Clericorum, 211.  
 Comprehenduntur vero nomine Ecclesiasticarum personarum, 213.  
 Laicorum nomine qui comprehenduntur, 214. & seqq. 220. 222.  
 Non distinguere est significata omnia confundere, 219.  
 Clerici coniugati an gaudent privilegiis Clericorum, 216. & seqq. 229.  
 Quid facere debent ut his privilegiis gaudeant, 217.  
 Et que sint illa privilegia, 218.  
 In Choro non possunt assistere, 219. 230.  
 Laicus quis dicitur, 220.  
 Clericus quis dicitur, 221.  
 Clerici minorum Ordinum quibus privilegiis gaudent, 222.  
 Mens Ecclesia in privilegio Clericorum seruanda, 223.  
 Laicus coniugatus factus Clericus privilegium omnibus fruitur, 224.  
 Clericus maiorum Ordinum dispensatus & coniugatus, an privilegium Clericorum gaudeat, 225.  
 Clericus degradatus & Curie sacraliter traditus non Clericus reputatur, 226.  
 Clericus coniugatus, post mortem coniugis privilegia reassumit, 227.  
 Clericus coniugatus an dicatur Clericus, 228. & seqq. 231.  
 Clerici coniugati Laici reputantur, 232.  
 Laici & Clerici qui sint, 233.  
 Chorus coniugatus non potest cum Clericis Choro interesse, 234.  
 Laici quare non possunt adesse in Choro dum psallitur, 235.  
 Clerici non canentes, & Chorum impediunt, ab eo expellendi, 236.

Excommunicatio lata contra Laicos, non comprehendit Clericos coniugatos, 237.  
 Clerici coniugati iubentur Psalmos cantare, 238.  
 Quaratione aliquando Laicis permissum est in Choro cantare, 239.  
 Quomodo ubi Laici in Ecclesia cantare permittitur, 240.  
 Laici extra tempus Officiorum non prohibentur adesse in Choro, 241.  
 Prohibitio Laicorum an extendatur ad psallentes in eadem Ecclesia, an tantum in eodem Choro, 242.  
 Privilegia Clericorum coniugatorum remissio, 243.  
 Laici nobiles, & alii, qui possunt in Choro admitti, 244. 256.  
 Vbi collocandi ad sedendum, 245.  
 Equites militares an in Choro cum Clericis intervenire possint, 246. 252. & seqq.  
 Militarum Ordinum differentia, 247. & seqq.  
 Equites militares an sint Religiosi, 248.  
 Equites S. Iohannis Ierosolymitani, verè Religiosi, 249.  
 De aliis vero quid procedat, 250.  
 Privilegia Equitum militarum an Localia sint, 251.  
 Milites de la Banda non sunt approbati à Sede Apostolica, 254.  
 Milites Equites an fori & Canonis privilegio gaudeant, 255.  
 Navis Ecclesia que sit, & locus Laicorum dicitur, 257.  
 Mares à feminis quare separati ponebantur in Ecclesiis, 258. 260.  
 Hæc seruatur in Ecclesia Grecorum, 259.  
 Etiam in Italia, 260.  
 Viri in excellentiori loco ponendi quam femine, & quare, 261.  
 Sedes Laicorum & scamna moderari ad Episcopum pertinet, 262.  
 Nec Laici ius habent ad illa, ibi, sed in possessione manutentari sunt, ibid.  
 Episcopus quo pacto hoc moderari debeat, 263.  
 Verbis blandis flectuntur homines facilius quam duris, 264.  
 Ecclesia quare dividatur in tres partes, 265.  
 Statutus fidelium quotplex? & quid significet, ibidem, & seqq.  
 Varietas in statu Christianorum pro differentia statuum, 266.  
 Trina Ecclesia diuisio triplicem statum saluandorum significat, 267.  
 Quis gradus sanctorum in Ecclesia? 268.  
 Altarium usus & locus ipsorum quam antiquus, & frequens, 269.  
 S. Felix quo tempore Pontificatum gessit, 270.  
 Statuit ut supra sepulchra Martyrum celebraretur, ibid.  
 Tumuli Martyrum, quid sit? & in quo differant, 272. 274.  
 In Ecclesia & in Capella quare Reliquie ponuntur, 273.  
 Martyrum corpora quare in Altari ponuntur, 275.  
 Altaria absque Martyrum corpora edificata demoliebantur, 276.  
 Laici non debent in Altaribus sepeliri, & quare, 277.  
 Laici temerè sepulchra in locis sacris assumentes à Deo castigati, 278.  
 Altaria ubi corpora mortuorum sepulta sunt, non consecranda, 279.  
 Altaris diuersus modus edificandi, & ratio, 280.  
 Altaris que pars debet esse lapidea, 281. & seqq.  
 Ex qua materia edificanda, 282.  
 Non possunt consecrari nisi lapidea, 283.  
 In Ecclesia consecrata non nisi auctoritate Episcopi erigenda, & pena contravenientium, 284.  
 Altaris firmi, & portatilis, differentia, 285.  
 Altare portatile quale dicitur, 286.  
 In eo debet adesse Ara, que ex uno lapide integro debet esse, & quare, 287.  
 Ara bene potest esse portatilis, ut posita in Altari celebraretur, 288.  
 Fracto Altari, seu Ara, quo casu possit celebrari, 289.  
 Forma Altaris, que debet esse, 290.



Zabar. *enat. 14. in prin.* Presbyterium enim in tres partes antiquitus erat divisum, quia ibi Presbyter, Diaconus, & Subdiaconus Divina celebrabant: c. *Sacerdotum*, 30. de *Consecr. dist. 2.* Sacerdarium, unde non sacros homines ibidem sacrata vasa contingere non posse fuit decretum, *tot. tit. de Consecr. dist. 1.* iuncta Glossa in c. *1. verbo Sed pars illa: de vita & honest. Cleric.* Diaconium item alibi nuncupatur, quia Diaconus ibi Sacerdoti ministrat, c. *Non oportet*, ubi Glossa 23. *dist. 1.* Daniel de Nobilibus *disput. 60. ex numer. 5.*

42 Hinc est quod totus ille locus ita Sacris peragendis, Ministris Altaris est dicatus, ut Laicis nullatenus eo tempore stare, vel federe ibi permittatur; sed tantum aliis temporibus ad Communicandum vel Orandum eis aditus patet: d. c. *1. de vita & honest. Cleric. c. Sacerdotum 30. c. Per venit. de Consecr. dist. 2.* & de Jure Hispano adest *text. in l. 1. tit. 11. p. 1.* ubi Greg. Lopez *gloss. 8. & 9.* Dion. Areop. de *Eccl. Hierarchia*, c. 3. & pluribus probat Enriquez in *Summa*, lib. 9. c. 25. §. 9. lit. O. Guillem. Dur. de *modo Cone. Gener. celebr. rub. 55. n. 3.* Cenedo *Collect. 45. ad Decret. Valenz. conf. 101. num. 5.* plures apud Daniellum de Nobilibus *d. disput. 60. ex numer. 35.* Lotter. *d. lib. 1. q. 13. num. 36.* Quae tamen prohibitio intelligitur tantum pro tempore quo divina Officia celebrantur; secus autem esse si eant causa offerendi, orandi, vel sanctissimum Eucharistiae Sacramentum fumendi; ex d. c. *1. & cap. Sacerdotum*, & probant Lotter. & alii apud Daniellum de Nobilibus *n. 37.* Quae prohibitio à primis Ecclesiae fundamentis originem trahit: quod praeter SS. Clementis & Anaclei auctoritatem *supra* relatam, eleganter probatur ex *Ceremon. Romano*, à *Sanctissimo Clemente VIII. renovato*, lib. 1. c. 13. ubi loquens de hac materia ait: *Sedes autem pro Nobilibus atque Illustribus viris Laicis, Magistratibus atque Principibus, quantumlibet magnis & excelssis, plus minusve pro cuiusque dignitate, & gradu ornatas decet extra Chorum & Presbyterium collocari, iuxta sacrorum Canonum praescriptum laudabilisque antiquae disciplinae documenta, iam inde ab exordio Christianae Religionis intradita ac longo tempore observata.* Et probatur ex *Conc. Turonens. 2. c. 4.* Cui tanta debetur reverentia, ut nec Patrono Laico permittatur; ex mente *Congregationis*, quam sequuta fuit Rota in *Valentina Casella 5. Martij 1599. coram iusto*, apud Lotter. *d. q. 13. & d. c. 13. ex n. 20. usque ad 23.* taliter quod licet diu fuerit admittus, possessione illa non obstante tueri se non poterit ut manuteneatur, cum adus fuerit mere facultativus, & ideo nisi quadragenariam possessionem cum titulo ostenderit, nihil obtinebit: Eadem Rota & Lotter. *n. 27.* Et multò minus mulieribus, c. *1. s. Prohibendum, de cohabitacione cleric. & mulierum*: etiam si sacratae fuerint, Panvinus de *Vsiti. 2. par. q. 8. n. 37.* Ad idem cum pluribus Bonac. de *Sacrament. Euchar. disp. 4. q. vlt. p. 9. n. 33.* licet contrarium nervose defendat Valenz. *conf. 176. à prim.* qui ostendit Laicos debere manutineri in possessione sedendi in Ecclesia: sed hoc salva pace tanti Viri, non simpliciter accipiendum est, sed in Laicis benemeritis de Ecclesia, quibus scilicet propter jus Patronatus Armorum appositio permittitur, ita & scamma conceduntur: ut declarat DD. à Valenz. citati, & videte est per Franc. Mar. *quasi. 275.* vel si probetur possessio immemorialis, ut diximus, & Valenz. ipse testatur; qui bene limitat, dummodo Celebrantibus impedimento non sint. Si vero plura desideres circa materiam Sedium, & an Laicis in Ecclesia sit permittende? consule Fuscum de *visitat. lib. 1. c. 27. per totum*. Tanta ergo erat ista prohibitio, ut nec Subdiaconus liceret ingredi quodam Sacrificium Missae celebratur, c. *Non oportet*, 23. *dist. 1.* late cum pluribus Barbof. *de univ. iur. Eccl. lib. 1. c. 37. ex n. 12.* Cuius rei causa est ratio, quia Subdiaconatus tempore Apostolorum non fuit intra sacros Ordines reputatus, ut de tempore Siricii Papa, qui S. Petri Cathedralam univertalem Anno 385. gubernavit: probat *text. in cap. Quicumque*, ubi Glossa 70. *dist. 8.* de tempore Lucij Papa extat *text. in c. Minidiffo*, 31. *dist. 1.* late Barbof. cum pluribus *d. n. 12.* non quidem quod Ordo non fuerit, sed quod non fuerit Constitutus voto sacratu, c. *Nullus*, 60. *dist. 1. cap. A multis*, de *stat. & qualit.* At vero constitutionibus Urbani & Gre-

gorii II. inter sacros Ordines connumeratur: d. c. *Amulitii*, iuncto *cap. Miramur*, de *serois non ordi.* ubi Innocent. III. inter sacros Ordines recensuit, Gregorius namque constituit ut Subdiaconi caritate voverent: c. *1. dist. 31.* & certum est, matrimonium ipsi prohiberi, *can. Si quis eorum*, 32. *dist. 1.* de quo Barbof. in *Pastor. p. 2. alleg. 14. in prin.* Urbani vero inter sacros Ordines numeravit: c. *urbescant*, 32. *dist. can. fin. dist. 60.* Barbof. de *univ. iur. Eccl. lib. 1. cap. 33. n. 7. & c. 37. ex n. 12. & 16.* Azor. *Instit. moral. lib. 13. q. 2.* Et ideo hanc opinionem sequuti fuerunt Turrecremata & Lotter. *supra* num. 24.

Ex qua doctrina intelligendum venit Concilium Laodicense *cap. 19.* ibi: *Solis autem Ministerio sacro deditur licet ad Altare ingredi, & in eo communicare*: & Agathense *can. 66.* *Non oportet in sacratu Ministris in Sacrarium, quod Graeci Diaconum appellant, ingredi.* Ex quibus deducitur, Ministris non licuisse Sacrarium ingredi, si Ordine sacro initiatum non essent, quod de Subdiaconis primis illis temporibus intelligendum est.

Cuius rei ratio & congruentia traditur in d. c. *Sacerdotum*, ut debitus honor Sacerdoti celebranti conservetur, & ob reverentiam tanti mysterii Sanctus ille locus custodiatur, ne Sacrificii decencia perturbetur: ut refertur in d. c. *Sacerdotum*, de *consecr. dist. 1.* ibi: *ut liberi & honorifici possint sacra Officia exercere*, ne scilicet Plallentes impediantur, & sic liberi divinis vacent obsequiis, atque debitus eisdem honor exhibetur: Daniel de Nobilibus *dist. disput. 60. num. 38.* Quare D. Ambrosius Theodosium Imperatorem talem locum ingredi vetuit, teste Barb. in *dist. Collect. ad text. in dicit. cap. 1. de vit. & honest. Cleric.* ubi plures adducit, ad idem Enriquez *dist. num. 9. lit. I.* Aliam vero rationem invenio ex principis Juris Canonici depropterea, videlicet homines diversae professionis in unum non esse sociandos: ex *text. in d. c. Sacerdotum*, c. *In nova actione*, 16. q. 7. ubi Glossa c. *Causam 27. de elect.* Ex quo sequitur, Laicos tanquam diversae professionis cum Clericis non debere admitti.

Casu autem quo Laici ingressi fuerint bona fide, ignorantiter, imprudenter, sive inadvertenter, nullius culpa rei erunt; quia quotiescumque sine dolo quod faciunt, praesumptionem contraventionis commode possunt; sicut etiam excluditur culpa quotiescumque Laicus in invitatus vel rogatus à Clericis ingreditur: ex pluribus traditis à Cenedo *collect. 45. ad Decret. num. 3.* à quo transcripsit Barbof. in *d. collect. ad c. 1. de vita & honest. Cleric. n. 1.* Lotter. *lib. 1. de re benef. q. 29. num. 9.* Daniel de Nobilibus *disp. 9. num. 7. & disp. 60. num. 39. & 40.*

Sed praedictis obstat ignorantiam Juris neminem excusare, sive sit Juris naturalis, sive positivi; ex Reg. *text. in c. Quod licetis*, 16. q. 1. praecipue quando adest copia Peritorum quos consulere commode possunt; ut late declaravit Rota in *una Valentina nullitatis professionis 4. Aprilis 1591. coram Paulo*, quam ad litteram tradit Riccius in *praxi fori Ecclesiastici*, verbo *Monialis*, *decis. 646.* ergo Laicus ingrediens Presbyterium tempore Officiorum minimè excusabitur.

Verum his non obstantibus recedendum non est à praedicta resolutione: nam ignorantia haec non est de illis rebus, quae tenentur scire Laicis: ideo cum praecipuum hujus prohibitionis impositorium sit à Jure per verbum *presumpserit*, ignorantia excusatur à culpa: Suarez *tom. 5. de censuris*, *disp. 3. sect. 3. n. 7.* Barbof. in *Collect. ad text. in c. fin. nu. 17. & 18. de offic. & potest. iudic. deleg. in 6.*

Ex quibus inferitur, Laicos non posse habere aliquod jus in Ecclesiis in Sedibus, vel in fannis, invito Episcopo; quia ex gratia illis permittitur: de quo vide Zerolam in *praxi*, c. 32. n. 22. quae sedes ponti debent pro Principe Laico, & pro aliis Magistratibus extra Presbyterium & Chorum, iuxta modum praescriptum in *Ceremoniali Romano*, c. 13. quod tamen aliquantulum inobservatur, cum hodie Principes Laici, & eorum Legati, stent mixti cum Clericis in Capella S. D. N. Papae; quod speciale dicitur ex eo, quod Pont. sit Pater Communis: ut per DD. in c. *1. de vita & honest. Cler.* Et hac ratione, hoc etià ad alios Principes extenditur in aliis

aliis partibus; ut Sedes Regia in Presbyterio ponatur, ut in Cathedrali Montis-Regalis testatur Rota apud Coccin. *dec. 142. n. 3.* & refert Lotter. de *re benef. lib. 1. q. 13. n. 28.* & de aliis Principibus Superiorem non recognoscantibus, vel eorum Gubernatoribus, ipsis absentibus, veluti Mediolanensi Gubernatore, Iamuisi duce, & Afianis Reipublicae Lucensis, videndus Daniel de Nobilibus *d. Disp. 60. nu. 53. & 61.* ubi notat Sedem Episcopi ad Cornu Evangelii, horum verò Magistratum in Cornu Epistole collocari: & Sedem Episcopi duobus gradibus supereminere, juxta declarationem Cardinalium Bellarmini & Millini de Anno 1619.

An autem haec prohibitio sedendi in sacro Presbyterio, extendatur ad Imperatores, Reges, vel alios Principes superiorem non agnoscentes? dubium est inter DD. Aliqui enim existimant annexum esse huic Dignitati Subdiaconatum, per *text. in cap. Valentianum*, in *fin. dist. 63.* ubi loquens cum D. Ambrosio, ait Imperator illi: *Noli timere quia Deus qui te elegit, semper te adiuvabit; & ego adiutor & defensor tuus, ut meum Ordinem decet, semper existam.* Quibus addenda est Glossa *fin.* Et tradunt Chaffan. in *Catal. glor. mun. p. 5. conf. 24. num. 5.* Lotter. de *re benef. l. 1. q. 13. n. 29.* Daniel de Nobilibus *d. disp. 60. nu. 53.* Quod potest ex eo confirmari: nam licet antiquitus ante Christi adventum Reges Sacerdotis munere fungentur, ut inter Aegyptios probat Alex. ab Alex. *l. 2. c. 8.* & apud Graecos testatur Virgilius 3. *Aenid.* ibi:

*Ret Anix, Rex idem hominum, Phobique Sacerdos.*

Et apud Romanos certissima fuit haec consuetudo, teste Livio *l. 1.* & Dionysio *lib. 2.* Apud Hebraeos Abimelech Regem fuisse Salem & Sacerdotem, testis est sacra Pagina *Gen. 14. 18.* & de hac materia videndus Mendoza in *Viridario l. 8. dec. ad 7. c. 4. per tot.* Nec incongruit Hierarchico Ecclesiae Ordini, per ea quae tradit Lotter. de *re benef. l. 1. q. 13. num. 29.* Daniel de Nobil. *d. n. 53.*

Sed verior est contraria opinio: nam verbum illud *Ordo*, nequaquam sumitur pro Subdiaconatu, vel alio ministerio Altaris, sed tantum pro officio & munere Regio; ut notat Lotter. *d. q. 13. n. 33.* Azor. *Instit. mor. par. 2. l. 10. c. 5. q. 3.* ad quod conducit id quod antea notavimus de Subdiaconatu, antequam inter sacros Ordines computaretur. Unde Reges seu Principes superiorem non recognoscentes licet non habeant Ordinem, tamen officium Subdiaconatus

Episcopo ministranti exercere poterant, ex Glossa *ibid. d. c. Valentianum*. Martinus Laudensis de *Principibus*, *quest. 83.* Chaffan. in *Catal. glor. mun. p. 5. p. com. 24. n. 105.* Lotter. *supra* n. 29. Etenim vetus Pontificale Romanum, tit. de *Coronatione Imperatorum*, de quo nihil habetur in Pontificali novo; & liber sacrum Ceremoniarum, quem edidit Marcellus Corcy. *sect. 5. c. 3.* quem sequitur Franciscus Hall. *tract. de sacris electionibus*, tit. de *sacra Vnct. art. 5. §. 4. n. 19.* referunt Imperatorem de novo consecratum Pontificem ad Altare ascendentem sequi, & illi in locum Subdiaconi Calicem & patenam cum hostiis offerre: Sigonius etiam *lib. 7. de Reg. Italae*, asserit Imperatorem in Italiam proficiscentem Archiepiscopo Mediolanensi vice Subdiaconi ministrare, Imò Imperator coronandus à S. Petri de Urbe Canonico tamquam unus ex eis recipitur, consecratus verò S. Joannis Lateranensis pervetustae Basilicae Canonico admittitur; ut testatur idem liber sacrum Ceremoniarum: sicut etiam Rex noster Hispaniarum inter Canonicos Toletanos & Burgeneses, ut testatur Soloz. in *politica l. 4. c. 2. fol. 59.* & inter Legionenses annumeratur, ut testatur Valdes de *dign. Reg. c. 14. d. n. 14.* Soloz. *loc. cit.* Barb. in *Collect. ad text. in c. cum*

77 *M. de Constit. n. 5.* ubi de Comite Barcinonensi pro Ecclesia illius Civitatis simile tradit privilegium, teste Olivian. in *Comment. ad Vaticum*, c. 13. n. 6. Francorum verò Rex oblat superpelliceo in Canonium variatum Ecclesiarum sui Regni recipitur, teste eodem Hallier. *n. 19.* Solozano ubi proxime, Et de eodem in Ecclesia Pictaviensi testatur Abbas in c. *Extirpanda*, §. *Quia vero*, in *repet. col. 12. de praeben.* Barb. ubi proxime, d. n. 15. Imò Imperator veste Subdiaconi indutus inservit Romano Pontifici Sacra ministranti, & in Matutinis Nativitatis Domini septimam Lectionem

sub Evangelio Exiit Editum à Cesare Augusto, ea manu ut notavit Castaldus *lib. de Imper. q. 29. n. 4.* Franciscus Hillier ubi supra, n. 29. Quo non obstante certum est inter Laicos connumerari, c. *Vivianus 5. & c. segg. dist. 96.* prosequitur Azor. *d. lib. 10. c. 5. q. 3. in fin.* & ideo Clericus Sacerdos major est ratione Ordinis quocumque Laico, etiam Principe; c. *1. in fine*, 16. *dist. c. quis dabitur*, 96. *dist. c. Duo sunt*, 14. q. 1. Ludovici *dec. 310. n. 4.* Unde cum semper isti Laici, propter Regalem Dignitatem in competere ex privilegio Romani Pontificis, vel prescriptione, dicendum est. Nec obstat Canonias quia licet Reges sint Canonici, ut diximus; hoc eis tribuitur respectu Praevidae & Canonie in quantum est Temporalis, seu continet temporalitatem; quae ratione potest conferri Laico: prout Villalobum familia, 35 quae est Marchionum de Astorga, in eadem Sede Legationensi habet simile privilegium, ut tradit Anast. Lobelia. de *Cruet. Legionens.* fol. 212. de qua re late videntur plures relati à Barbof. in *Collect. ad text. in d. c. Cum ad Conflatus*, n. 14. & 15.

Nec ex eo quod Imperator in brachio unguatur, *text. in c. 1. §. unde in veteri*, de *sacra unctio*, ex qua unctio Persona sacra dicitur: Prærogativa praefata ipsi tribuitur, ut voluit Lotter. *ex numer. 30.* Nam Persona sacra ideo dicitur Imperator, vel Rex, quia olim Sacri & Sacrosancti dicebantur, ut Cicero pro Cornelio, & alii testantur; non quod Personae sacrae in ratione Ordinis intelligantur, sed quod inviolabiles sint, & sine piculo attingi non possunt, *l. Sacris legi. Cod. de divers. rescript.* & ita sacrilegi instat videtur ipsorum benedictus obviare, *l. sacrilegi. Cod. eod.* & ea ratione factiorem Affatus appellatur, *l. §. sicutur*, §. *de administrat. l. item 5. ff. de manum.* & passim in Codice, Sacra Constitutiones, Sacra Admonitiones, Sacri vultus, & omnia ad ipsos pertinentia Sacra dicuntur, ut notat Cassiodorus *lib. 2. epist. 33.* Imò Senatorum Ordo sacer vocatur, ob inviolabilem ipsorum auctoritatem. Unde cum Imperatores & Reges sacro oleo unguantur, & consecrantur, c. *Per venerabilem*, de *elect. Clem. 1. de iur. d. cap. 1. de sacri. unct.* ideo speciali ratione Sacri dicuntur, & veneratione digni, exemplo Davidis, qui ea ratione Saulem venerabatur: ut tradit D. Aug. relatus à Grat. in c. *Domnus*, §. *quero*, 1. q. 1. & Hallier *n. 17.* Nihilominus tamen ex ista unctio Ecclesiastica Ordinis minimè efficiuntur, nec Ecclesiasticam aliquam & spirituale accipiunt potestatem, quae per manus impositionem traditur; sed Laicorum numero censentur, ut notat Selva post alios de *benef. p. 2. q. 23. n. 2.* & unctio illa, solum tendit ad personae sanctificationem & venerationem designandam, & ad disponendum hominem ad condignam Regni receptionem; & ideo Principes in humero & brachio Episcopi verò & summi Sacerdotes in capite unguantur, quia Episcopus personam Christi Capitis in Pontificali officio representat, Princeps verò saecularis in humero, ut ostendit Principatum ejus positum esse super humerum ejus, *Isaie c. 8.* ad differentiam utriusque potestatis, ex *text. in d. c. 1. §. Unde in veteri*, de *sacra unct. c. 1. c. solite*, de *maior. & obed. c. Duo sunt*, 96. *dist.* & tradunt plures quos sequitur Barbof. in *Collect. ad d. c. 1. de sacra unct. n. 7. in fine*, Rodolphus Cupiers statim citandus *art. 3. de Papa consecratione*, & unde *Consecrationis istius processerit origo fol. 338. n. 11.* theod enim Reges in humero, vel brachio inunguntur quasi ad defensionem Regni, & ad ejusdem sustentationem; Episcopi verò in capite, quia Caput est sacra Ecclesia, quem illa loco Capitis, & Spohni venerari debet; de quo vide plura per Geron. de *Episc. to. 2. l. 8. disp. 1. c. 6. n. 3.* Dian. *ref. mor. p. 12. rr. 1. de Conf. Episc. ref. 88.* Hall. de *sacra elect. p. 1. c. 10. a. c. p. 3. cum seq.* licet Saul fuerit unctus in Capite, de quo plures rationes adducunt Pelag. de *Plan. Eccl. l. 1. c. 16.* Camill. Borrell. de *Regis Cathol. p. 1. c. 49. n. 27.* & ita per istam unctio nem Regnum, Ecclesiastica tunc, defensio, & protectio designatur, ut tamquam in unctis ardentibus exurgant, & decetate pro Domino debere intelligant. Unde jam verba recitat d. c. *Valentianus*, rectè percipiuntur, quatenus dicitur ibi: *Noli timere, quia Deus qui te elegit, semper te adiuvabit; & ego adiutor & defensor tuus, ut meum Ordinem decet, semper existam.* Et ideo haec unctio in Regibus hoc demonstrat, ut 97



Reges ratione illius sint Ecclesie ipsius quasi Vasalli, c. In-  
relecto, de iurur. & plura in hac materia videbis apud Ro-  
dolphum Cuperius in repet. text. in c. Oportebat, 79. dist. 8. Re-  
sistat modo, art. 1. Ex Consecrationis serie arguitur eorum qui  
consecrantur divinum institutum, ex n. 16. usque ad 22. fol. 334.  
Hall. sup. citatus, cuius verba posuit Diana, addendo Mar-  
chianum de sacra Ord. tr. 2. c. 7. num. 7. iuncto c. 8.

98 Præterea hæc ratio sacre Unctionis non convincit gene-  
raliter in omnibus Regibus, quia non omnes unguuntur,  
sed tantum Ierosolymitanus, Francorum, Anglorum,  
& Siculorum; alii verò ex privilegio: ut post alios probant  
Chaffan. in Catal. gloria mundi. par. 4. confid. 31. vers. Et ad-  
verte quod sunt: & qui Reges fuerint uncti, ex Hallier re-  
fert Diana d. resol. 88. in fine: & tamen constat non solum

99 Imperatorem, verum etiam alios Principes, imò Princi-  
pem representantes Subdiaconi ministerium Summo Pon-  
tifici exhibuisse, ut Anno 1386. Luca accidit tempore Ur-  
bani VI. qui dum noctem Natalis Domini celebraret, su-  
premus Reipublicæ Magistratus tamquam Subdiaconus  
Epistolam cecinit, ut hæc & alia privilegia ob hanc cau-  
sam concessa referat Daniel de Nobilibus d. disp. 60. n. 54. &  
segg. Ex hoc inferens, non rectè ex hac unctione posse Prin-  
cipes omnes inter Clericos sive in Presbyterio sive in Choro  
sedere.

100 Patet ergo, Subdiaconatus Ordinem quem aliqui per-  
peram Imperatoribus concesserunt, non propriè Subdiacono-  
natum, sed militare Characterem ipsis donatum appella-  
ri, ut patet ex S. August. lib. 2. contra Epist. Parmeniani,  
c. 13. ubi Militiæ Characterem appellat, cuius particula re-  
gulatur in c. Quod quidam 97. 1. quest. 1. Unde in 6. Synodo  
Trullana c. 75. Imperatores inter Laicos connumerantur: &  
Nicola. I. in c. Cum ad verum, dist. 96. sic scribit: Quatenus  
spiritualis actio carnalibus distaret incurribus, & ideo mili-  
tans Deo minime se negotiis secularibus implicaret, ac vicissim  
non illa rebus divinis præsidere videretur, qui esset negotiis se-  
cularibus implicatus. Cu adde Zonaram & Balsamonem  
ibi, & in Laodicea, c. 10. Hallier d. §. 4. n. 18.

101 Jamque patet intellectus ad id quod D. Petrus Damianus  
Serm. 69. de Dedicat. scribit dicens: Quintum Sacramen-  
tum, Unctionem esse Regis: quod latissimè sumpto voca-  
bulo accipitur, non propriè: prout eandem acceptionem  
nominis Sacramenti repetimus apud D. Aug. lib. 2. contra  
Petili. c. 48. Et ita per istam unctionem Imperator, vel

102 Rex, in aliquo gradu constituitur, & in sublimi statu col-  
locatur, & lato modo Sacramentum dici potest, quatenus  
sanctificat Principem, licet in Ecclesiastica Dignitatis fas-  
tigio suscipientem non constituat; ut voluit Hallier d. §.  
4. num. 18. quem sequutus est novissimè Diana supra, qui  
Hallier doctum & pium vocat.

Uterius; nam si ea ratione, quia Imperator in brachio  
ungitur, dicta prærogativa tribueretur; soli Imperatori vel  
Regi competeret: at omnibus Principibus superiorem non  
recognoscitibus congruit, ut probavimus; ergo ex vi su-  
perioris Dignitatis tribuitur, propter quam innumera pri-  
vilegia concessa reperiuntur, que in unum congerunt Mart.

103 Laudem. d. tract. de Principibus, per tot. & Chaff. d. p. 5. conf.  
24. præcipue circa Ecclesiastica, que alius Laicis interdici-  
untur: quomodo omnibus Laicis prohibitum est ingredi  
monasteria Monialium, secundum Trid. sess. 25. de Regul.  
c. 5. in qua prohibitiōe non comprehenduntur Reges, sed  
Reginæ in Monasteriis

104

c. 8. n. 5. cum postea Constantinopolim peragrasset, & ibi à  
Nectario persuaderetur quod ei liceret cum Ministris sacris  
institum stare, Respondit, contraquam ab Ambrosio verita-  
tis Prælato edoctum fuisse, cuius auctoritatem & venera-  
batur, & Virum dignum quod nominaretur Episcopus reco-  
gnoscebat: ut tradunt Niceph. l. 12. Hist. c. 41. Baro. tom. 4.  
Anno 390. pag. 260. Bellar. de offic. Princ. Christi. l. 3. ubi de  
Theodos. fol. 265. Barb. de Vniu. lar. Eccl. l. 1. c. 39. in princ. n.  
18. & segg. qua de re, verba Theodoret. à quo sumpsit  
Baro. referre libuit, qui l. 1. Hist. c. 17. ait Vbi autem tempus  
posulavit ut dona sacra mensa offerret, surgit, atque non mi-  
norem lacrymarum vim quam antea effundens, in Sanctua-  
rium ingressus est: cum vero uti solebat, obtulisset, intus pro-  
pe cancellos mansit, & rursus magnus ille Ambrosius non con-  
civuit quidem, sed locorum differentiam eum docuit; ac primum  
sciscitatur ei quare egeret? & cum respondisset Imperator se ex-  
pellere divinum, mysteriorum participationem; significat ille pri-  
marium Diaconum, qui ei ministrabat ad loca interiora solis Sa-  
cerdotibus aditum patere, eademque aliis omnibus inaccessa: in-  
bet igitur ut exeat, & cum reliquis Laicis consistat: nam Purpu-  
ra, inquit, Imperatores facit, non Sacerdotes: quam admoniti-  
onem excipit lubens fidelissimus Imperator, Respondetque se non  
animi confidentia ductum mansisse inter cancellos, sed hanc  
consuetudinem Constantinopoli didicisse; quare habuit etiam  
pro hac medicina gratiam. Quo peracto cum Constantinopo-  
lim adiret, & in Templo munus offerret, egrediens è  
loco Nectarius Episcopus Constantinopolitanus (vir bo-  
nus, sed illiteratus omnino, & alius defectibus notatus,  
ut adverte Baron. tom. 4. Anno Christi 381. p. 445. & 447.)  
rogavit Imperatorem ut inde non discederet, tunc ait Theo-  
doretus: Imperator autem pietatis præcepta, que ab illu-  
strillo Episcopo diceret, etiam cum reverte d. Consttan-  
tinopolim, observavit; nam cum Divino quodam festo ad  
Templum veniret, statim ut dona sacra mensa obtulerat,  
exivit; atque cum Nectarius, qui id temporis illius Eccle-  
siae Antistes fuit, rogaret cur non maneret intus, gemens in-  
quit, agrè tandem didicit quid inter Imperatorem interfit &  
Episcopum, agrè tandem repertis veritatibus Magistrum, nisi so-  
lum Ambrosium non novi Episcopum dignum eo nomine.  
Que verba etiam posuit Bell. ubi prox. Similiter & etiam in-  
veniuntur in Hist. trip. art. 1. 9. à quo sumpsit, & ita decrevit  
Conc. Tolet. Provinciale sub D. Christoph. de Rojas art. 3.  
c. 16. Valenz. conf. 101. n. 5. & 6. & novissimè refert Daniel de  
Nobilibus in disp. select. disp. 60. n. 12. & n. 48. Cuius admi-  
rabilis exempli rationem multi stupentes dixerunt: Quid  
maius: Zelus Ambrosii, an obedientia Imperatoris: utrumque;  
admiramur, & laudamus: dixit Bellar. De quo etiam Fusc. de  
Visti. l. 1. c. 20. n. 3. quibus rectè annexitur id quod ponderat  
D. Chrysothomus in Gen. c. 22. ubi loquens de obedientia  
Abraham, & Isaac, ita scribit: Virum admiror & suspicam  
iustus: fortem ne spiritum Patriarche, an pueri obedientiam: qui  
neque reluctatus est, neque factum agrè tulit, sed cessit & obtem-  
peravit his, que facta sunt: & sicut agnus cum silentio super al-  
tare accubuit expectans patris dexteram.

Quare ita determinatum fuit in sexta Synodo Generali,  
c. 68. aliàs 69. in Trullo, ubi dicitur: Nulli hominum liceat,  
qui quidem sit in Laicorum numero, intra sacrum Altare  
ingredi; ab eo tamen nequaquam prohibita potestatis & au-  
doritatis Imperatoris, quandoquidè voluerit Creatori dona

comi fungi posse cum ministrat Episcopo, intelligendus est  
ut id quod habet ex privilegio, Officium dicatur magis  
propriè & ordinariè loquendo, quam Ordo; sicut Offi-  
cium etiam Laicorum Ministris privatis ministrantium dicitur,  
nec in eo pro Clerico se gerit, qui ex generali huiusmodi  
consuetudine ita ministrat: ut docetè notavit Hall. dist. §. 4.  
num. 19.

111 Ex dictis infertur, malè Daniele de Nobilibus d. q. 60.  
ex n. 41. docuisse, Laicos à Religiosis invitatos, posse in-  
gredi Chorum ad standum & permanendum in Presbyte-  
rio, prout fieri consuevit cum Patritiis Viris, vel cum Prin-  
cipibus, in solemnioribus festivitibus, eisque locum in  
primis Sedibus post cancellos assignant, tacentibus & per-  
mittentibus Ecclesiasticis, nec contravenire huic prohibi-  
tioni, cum tantum intelligatur ut propria auctoritate id  
agere non liceat, ex tex. in c. 1. 2. & 3. dist. 63. & probant ab  
ipso relati n. 42. Unde in Concilio Provinciali Toletano An-  
no 1566. celebrato decretum fuit Laicos Illustres, vel Ca-  
tholice Majestatis Consiliarios, aut ex Ordinibus militari-  
bus posse admitti intra Chorum, dum Divina celebrantur in  
primis Sedibus ab Episcopo post cancellos assignatis; non  
tamen ut intra Clerum sedent; ex Cenedo dist. Collec.  
45. in fine: Unde absque Ordinis Clericalis iactura votis  
Magnatum eorumque Dignitatis consilium. Nam hac opi-  
nio mihi de Jure non rectè probatur, tum ex dictis, tum  
etiam qua respectu Militarium Ordinum, non dubitatur

112 Equites connumerari inter Ecclesiasticos, sicque quoad eos  
non militat ratio. Quoad alios verò, que pugnat cum ratio-  
ne decidendi Jurium supra allegatorum: neque enim ita  
honoratur Honorificè, sicut si soli permaneret: nec  
ita liberè ac phantasticè possunt sacra Officia exercere: que  
est ratio dispositionis text. in c. Sacerdotum: tum & tertio,  
quia homines diversæ professionis non debent in simul con-  
venire & sociari: idque exemplo Imperatoris Theodosii pro-  
batur: non enim in loco, in quo ipse erat, Sacrificium Am-  
brosii impedièbat; & tamen ab ipso loco fuit Laicorum  
remissus, quia Purpura Reges non Sacerdotes facit: ergo  
non est ratio ponderata excludendi Laicos, sed alia: à nobis  
ponderata: quanquam hodie non ita strictè servatur: que-  
re stante consuetudine, non auderem Laicos damnare,  
sicut ea cessante; ut paulò postea dicemus.

114 An autem Reges & Principes Oleo tantum sacro, vel  
etiam Chrismate sacro inungi seu consecrari possint: no-  
strum non est pertractare; sed qui istam questionem curiosè  
inquirere volet, consulat Hallier ubi supra §. 3. ex n. 12.

115 usque ad 17. An etiam Oleum, quo Imperatores & Reges  
inunguntur, sit idem ac illud quo inunguntur Sacerdotes,  
vel aliud aliis Exorcismis & benedictionibus consecratum?  
vide plures quos sequitur Barb. in Collec. ad tex. in c. unie. §.  
unde in veteri, num. 10. de sacra. Pnæ. quibus etiam Regibus  
Christianis olim, & nunc jus Unctionis fuerit: tradit idem  
Barb. de offic. & potest. Episc. alleg. 31. ex n. 9. cum segg. vid.  
Hallier d. §. 3. & 4.

116 Sed licet hæc prohibitiō tantis Constitutionibus robora-  
ta reperitur, tamen Consuetudine abrogata fuit, eamque  
dispositionem renovavit Pius V. in suo Motu proprio, qui usu  
ipso receptus fuit in Lusitania, ut observat Enriquez d. c. 25.  
v. 9. lit. l. Et sic interpretandum esse Concilium Toletanum  
paulò antea adductum, & ea que diximus ex Daniele de  
Nobilibus d. dist. 60. n. 12. ubi dicitur: Quod si

117

ficij in altum erigi solet, tum propter reverentiam, tum  
propter significationem, tum propter faciendam commo-  
ditatem; & idèd Altare ab altitudine dicitur, quia in ele-  
vatis locis ædificiorum collocatur: quem ritum etiam à  
Gentilibus desumptum latè probant Bell. sup. c. 2. vers. fac-  
tum argumentum: sive ab Area, quia pura debuit esse Ara  
ubi victima ardebat: vel ab imprecationibus, sumpto voca-  
bulo Græco, Ara dicitur, quia Græci precatōnes Aras  
dicunt; de quibus omnibus Petrus Greg. Syntag. lib. 2.  
cap. 1. num. 6. Lotter. de re benef. lib. 1. quest. 30. ex numer. 4.  
vel ab ardore quia ibi incense victimæ ardere solebant, &  
desque Corporis & sanguinis Christi appellatur ab Oprato  
Milevitano lib. 6. contra Parma. Augustinus contra Fau-  
stus c. 21. formam Corporis Christi: vide plura apud Sua-  
rez. tomo 3. question. 83. artic. 5. disp. 81. sessio. 5. in  
princ.

118 Altare consecratum esse debet, c. Altaria, de Consecr.  
dist. 1. cap. 1. & 2. de Consecr. Altar. Primò, propter sacrifici-  
um Corporis & Sanguinis D. N. Jesu Christi, quod ibi of-  
fertur, exemplo Noe, Gen. 8. qui tollens de pecoribus &  
volucibus mundis, obtulit super Altare. Secundò, ad  
invocandum ibi nomen Dei, exemplo Abraham, Gen. 12.  
qui ædificavit Altare Deo, qui apparuerat ei, & invocavit  
nomen Domini. Tertio, ad cantandum ibi, exemplo Ec-  
clesiasticis cap. 17. ubi dedit illi contra inimicos potentiam,  
stare fecit super Altare Cantores, & in sono eorum fecit  
dulces modulos: Selva ubi proxime, n. 131. quod Cor  
nostrum significat; nam sicut Cor in homine est principalior  
corporis pars, sine qua vivere non potest, ita & Altare di-  
citur Cor templi, tamquam locus in quo victima Corporis  
& Sanguinis Christi, tam pro vivis quam pro defunctis  
quotidie offertur, ex quo preces ad Deum ascendunt,  
qui ad cor respicit: cap. 15. quid invenisti, 14. q. 5. Selva sup.  
n. 135, & hac ratione Mensa Altaris, sive Tabula ipsius,  
non solum Ara, sed Ara facta appellatur: ut observat Azor.  
118 Inst. mor. tom. 1. lib. 10. cap. 27. quest. 1. & aliquando sumit-  
ur pro Ecclesia, ut pluribus probat Lotter. supra ex nu-  
mer. 9.

119 Debet esse firmum & stabile: Fusc. d. c. 22. num. 6. & in  
consecrata Ecclesia non potest constitui, nisi ab Episcopo  
consecratur, cap. nullus presbyter, il. 2. de Consecr. dist. 1.  
Barb. de uniu. lar. Eccl. lib. 2. c. 7. n. 3. & quomodo consec-  
ratur? Riccius in praxi novissima, tom. 2. p. 2. resol. 101. fol.  
161. & lapideum, non ligneum, c. Altaria, de Consecr.  
dist. 1. Exemplo illius magni Patriarchæ Jacob, qui erexit  
lapidem in titulum; d. c. Altaria: & quia Christus per Al-  
tare significatus est Lapis excrescens in montem, unde La-  
pidem quem reproboverunt ædificantes, hic factus est in  
Caput anguli: secundum Psalmistam Psal. 117. Fusc. d. c.  
22. n. 9. de quo vide D. Thomam 3. p. q. 83. art. 3. in resp. ad  
5. Lot. de re benef. l. 1. q. 30. n. 20.

120 Totum hoc intelligendum est à tempore Silvestri Papæ,  
qui postquam Anno Domini 315. persecutionis Imperatoris  
Constantini fugiens, & in Cavernis montis Soracte liti-  
tans, ab Imperatore evocatus ipsum à lepra mundavit, &  
facultatem obtinuit Ecclesia ædificandi: juxta tex. in c. fu-  
turam, 12. q. 1. & alia que passim apud DD. inveniuntur,  
& refert Fusc. d. c. 22. in prin. Suarez tom. 3. q. 83. art. 5. disp.  
81. sess. 5. versu dicendum ergo; ubi plura tradit: quibus

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134